



R 2152



[Faint, illegible handwriting in blue ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

ANNUS
RHETORICUS
In duodecem Menses

DISCURSUS
Saxentij - atq; Heydenreichij
Per Nobiles Eloquea Candidatos
In Lubomirsciano Podolinensi
Scholarum Piarum Collegio

ABSOLUTUS
Anno Regis Saeculorum
1714.

MENSIS *Amus.*
Instructionem de Preliminaribus
Rhetoricæ nec non de Inventione

COMPLECTENS

Antequam ad ipsam Inventionem procedamus
cendum est ut Preludij Rhetoricæ sit igitur

INSTRUCTIO *Amas.*
De Preludij Rhetoricæ.

S. Amus.
De Definitione, Divisione, & Partibz Rhetoricæ.

RHETORICA dicitur à Græco Vocabulo *Rheo* quod significat
Fluo & dico et definitur iuxta *Arro* quod sit ars & doctrina bene dicendi.
Quæres *1^o* quomodo Rhetorica distinguitur à Grammatica, cum hæc
etiam sit: ars bene dicendi. *2^o* Dupliciter accipi bene dicere.

1^o Scat hoc am constructionem facere, et hoc spectat ad Grammaticam.
2^o Optimis contentijs Verbisq; latissimis et hoc ad Rhetoricam pertinet.

de Grammatica est potius: ars bene loquendi. Rhetorica vero ars bene
dicendi; aliud est eloquentia, aliud loquentia. ut Plinius agit lib. 5^{to}.

3^o is. 20. Deinde Grammatica non habet finem persuadendi q̄ Rhetoricæ
Quæres *2^o* modum quare dicatur ars & doctrina? *1^o* Ut dicitur Rhetoricam
esse duplicem Docentem et Utentem. Quando enim tradit præcepta
dicitur Docens, quando utitur illis præceptis dicitur Utens. Hinc ars dis-
tinguitur à doctrina, eo quod ars sit habitus, qui tradit Præcepta!

doctrina vero sit habitus uten præceptis ab arte traditis. Sic licet apud siceronem et alios Rhetor et eloquentia, sicuti Rhetor et Orator; auq. n. id. sint! proprie tamen loquendo sunt diversa, Nam Rhetorica est ars qua tradit præcepta dicendi, eloquentia vero est facultas dicendi, sic Rhetor est v. de re quavis prudenter graviter et ornate dicere potest.

Quæres 3to quotuplex sit eloquentia? **Quæres** 4to Naturalis et Artificialis. **Naturalis** est quædam facultas dicendi a natura hominibus indita **Artificialis** qua consistit in præceptis Rhetoricis bene cognitis et pariter perspectis ita ut non solum aliquis bene dicat sed etiam sciat se bene dicere! quia nisi quis bene intelligat et memoria teneat Præcepta artis n. censetur habere arte ex sententia

Aristotelis

Aristotelis
Quæres 4to quod est officium Rhetoris? apposte dicere ad persuadendum. Quid sit movendo, docendo, et alio modo. Docemus argumentis, movemus amplificatione, delectamus culto et apto dicendi genere. At si taliter dicat Rhetor ut possit persuadere etiam si actu non persuadeat suo tamen satis facit officio sicut medicus si tales applicet medicinas, quæ sanare possunt, etiam hunc aut illum non sanant, quorum tamen medicina peritus esse dicitur. nam ut Ov. dicitur est in medico si non reus ager sic non semper in Oratore ut p. p.

Quæres 5to vis finis sit Rhetoris? **finis** Rhetoris est persuadere dictione. Duplex autem est finis Rhetoris. **Intrinsicus** et **Extrinsicus**. **Finis Intrinsicus** est in ipsa dictione Rhetoris, scilicet apposte dicere ad persuadendum et idem cum officio. **Finis Extrinsicus** in auditore et est dictione persuadere. Sufficit autem ut Rhetor consequatur finem suum **Intrinsicum**. et si subinde non consequatur finem externum qui est persuadere, quod saepe vel ob auditorem stuporem negligentiamq. vel ob eorum pertinaciam malitiamve aut aliam passionem effici n. potest.

Quæres 6to quod i. discrimen sit inter officium et finem. **Quæres** hoc esse discrimen, quod officium significet id quod facere Orator debet, finis ver. id quod intendit.

Quæres 7to Rhetor, Orator, Declamator, quomodo distinguantur? **Rhetor** est qui docet, **Orator**, qui exercet! **Declamator** est discipulus seu auditor qui dicendo dicere discit. In Rhetore requiritur ars. In Declamatore natura, in Oratore utraq. unde Rhetor esse potest, in quo n. illa natura dona, sed sola artis præsidia dominantur. Declamator aut. quo sola natura non item Orator. In hoc enim requiritur ars simul et natura.

Quæres 8vo. Quæ sit materia Rhetoricæ? **Quæ** duplex distinguitur materia

1erica

teria: Remota et Proxima Remota materia Rhetorica sunt omnia
qua in disputationem cadere possunt. id est omnes res de quibus
agere verbis potest. et nulla subsit controversia nulla dubitatio. Pro-
xima materia Rhetorica est questio aliqua selecta de quadam re
qua faciat bonam dictionem.

Quaresimo Cum etiam Dialectica materia sint omnes res qua in
disputationem cadere possunt, quomodo Dialectica et Rhetorica inter
se differunt tractatione Dialectica enim stricte et nude de
re discit Rhetorica vero fuse et ornate. Rhetoricam enim quasi
vestitum ornamentum addit: unde veteres Dialecticam pugno Rhetorica
vero palma similem esse dixerunt: quod illa brevis haec copio-
sa sit et ornata.

Quaresimo Quot sint partes Rhetoricae? **Q. 5.** Invenitio, Dispositio,
Elocutio, Memoria, et Pronuntiatio.

Quaresimo Quae sint acquirenda eloquentiae, juxta Cicero-
nem? **4.** Scilicet natura, ars, exercitatio, et imitatio. Natura ex parte animi
confert ingenium ad excogitandum acutum et sagax, ad explicandum
facile ad studia incitatum et docile firmum ac diuturnum ad memoriam
Judicium solidum animus, dona ad inveniendum, disponendum et elo-
quendum, ex parte vero corporis latera firma, pectus robur, sonus
sonoram, distinctam, suavem flexanmem, congruam formam, ge-
stum, denique omnem totius corporis vetustatem et spectabilitatem
Ars est habitus per exercitium et Praxim comparatus.

Exercitatio est usus assiduus consuetudoque dicendi, audiendi, legendi
meditandi, scribendi et memoriter addiscendi.

Imitationis fructus cum sit longe maxime fusi de illa dicendi

S. 2DUS.

De Imitatione

De Imitatione.

Idem ex mente Quintilianae magna pars artis Rhetoricae
constatur Imitationem, ars enim est Imitatrix, ideo hic
dicemus quod et quotuplex Imitatio.

Quaresimo Quid sit Imitatio? **Q. 1.** juxta Cassianum: est confir-
matio sermonis tui ad optimam Romanam eloquentiam ideam.

Nota 1^o Hunc non esse Imitatorem, qui plene puerum rapit ex li-
bro, modestis enim digitis sumendum est, et artificiosus
tua pagina, r es.

Nota 2^{do} Debemus conformare sermonem nostrum alieno, si-
cut pictor suam imaginem, confert exemplari, et sic imitatur non
acceptit colores.

Nota 3^{io} Vicitur a Romana eloquentiae idea, ut non assumas pro
prototypo, et triviale, et non decoctae cogitationis auctorem sic
enim loco piscium, ranae piscaberis.

Quaresimo Quotuplex sit Imitatio? **Q. 2.** Duplex rerum et verborum
Imitatio rerum est cum ejus, quem imitamur, Inventionem, Dispositio-
nem, aut Elocutionem et simili et dispari exprimimus. Ita sic
Graecos praesertim Demosthenem, virg. Homer. saepe imitatus est cum
laudibus. Inventionem imitamur, si rationem inveniendi, et excogitandi
argumenta imitamur. Dispositionem imitamur, si ordinem naturale
et artificiosum singularum partium orationis, et argumentorum ob-
servemus. Elocutionem denique, si orationem naturalem ipsaque figuris
illustremus, si paribus numeris, Periodos nostras vinciamus.

Imitatio Verborum in Verbis et Sententijs et ipsa demum paululum im-
mutatis consistit. Quae Imitatio multiplex est.

Amo Cum Sententia mutatur, verba autem eadem retinentur **vg. Cic.**

Philippica 2da Num. 12. dixit: Non placet Antonio Consulatus meus,

et placet scribo

et placuit Servilio & Vis hoc transferre in eos, qui dicunt honorem
Sanctis non esse defendendum, si imitaberis, non placet male
hominibus et in hunc or Sanctis delatus, at placuit Dionysio
Summæ Sanctitatis, ut cum primum hominem, qui cum Dei lumine
vixit, at placuit Chrysostomo et alijs, quorum Authoritas negligere
ab Orthodoxa discere, et ad Hæreticorum castra transire, a Christo
discere ac feliciter perire.

2^a Verba mutantur Sed Sententiâ retinetur. Ita per Lepetio
am et Congeriem, Interrogatione Vu. *Pe:* divinione in Verrem
Num. 37. inquit. De te facili jam extra contentione certamenq; Viri
familiariter tecum loquar. Tu ipse quemadmodum existimes, de etiâ
atq; etiam, et tu te collige, et qui sis, et quid facere possis considera.
Putas ne te posse. &c. Quem locum non nihil immutatis Verbis
in juvenem libertatis amantiorem, et salutis minus studiosum, sic
imitaberis, sed de te Christiane adolescens extra omnem contentio
acc. Sit aitem, familiariter tecum loquar, tu quemadmodum existimes
vide etiam, atq; etiam, et qui sit et quem Iudicem expectaris sic considera.
Putas ne te posse cum nec opinantem re. una mors occupavit, et
cum Dæmones offensissimi, in numeris flagitijs compertum, ad Iudicem
adduxerint, cum erit subeunda salutis alea cum reddenda sic an
actæ vitæ, tot res, tam graves, tam varias, eo quod per animi do
lore, atq; integritate mentis, sustinere. Putas ne te posse. &c.
3^{io} Cum Sensus et Verba prope eandem aliquibus in Superadulitis re
tinentur *vg sicero Orat. Ama in fatilnam sic exorsus est:* Quo usq; tan
dem abutere Patilina patientia nostra? quamdiu nos etiam furor est ne
etudet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? Nihil ne te
nocturnum præsidium palatij? Nihil urbis Vigiliæ? Nihil timor populi?
Nihil consensus bonorum omnium? nihil hic munitissimus habendi
Senatus

Senatus locus? Nihil horum ora, vultusq; moverunt. &c. Exordium hoc
Ceronis in Augustinum Divina mo ita detrecantem, sic detorquere et
imit. popes: Quousq; tandem abutere et usq; Divina patientia?
Quousq; pectus tuum Cælestibus obduratum montis obspiciet? Quamdiu
minas Cervici us tuis impendentes Libidinis, et intemperantiæ optentu eludes?
Quamdiu in hoc Voluptatum ac turpitudinis leno volutatus aternis animi
cruciatus manciabis? qm ad finem importuna sese iactabit audacia?
Nihil ne te impendens mortis, aternæ pericula, nihil in...
vindices oculi? Nihil de Ser' hominibus tones repetita supplicia,
ad improborum vindictam scilicet. armatæ manus, ab incerto revocabunt?
4^{io} Cum figuram unam aliam commutamus.
5^{io} Si ex negativo authoris Sensus facias affirmativum.
6^{io} Si vicissim ex affirmativo facias negativum.

INSTRUCTIO 2^{DA} De Inventione.

Quæres igitur 1^{mo} quid sit Inventio? *Q* est Idoneorum argumen
torum ad probandam quæstionem excogitatio. Cum enim Finis Rhetor
ris sit: persuadere dictione, debet huiusmodi arg^{ti}ntis causam proba
bilem reddere, quæ in assensum compellat audientes.
Quæres 2^{do} unde hæc Argumenta eruantur? *Q* Ex locis sive Fontibz
Rhetoricis.

Quæres 3^{io} quid sit locus sive Fons Rhetoricus? *Q* est id unde ad pro
positam quæstione. Conveniens trahitur Argumentum.

Quæres 4^{to} quid sit Argumentum? *Q* est probabile inventum ad
faciendam fidem et motum. Dicitur Inventum quia per intellectum in
dicatur, et è loco tanquam fodina aliqua eruitur. Dicitur Probabile non
quod sit, certum, et evidens, sed quod per illud aliquid probari possit,
sicut amabile dicitur, quod amari potest. Dicitur ad faciendam fidem
manifeste

Nam efficere debet ut Auditor credat, verum esse quod Orator dicit, illumq; adducat ad ascensum, non tantum intellectu, sed et voluntate præstandum; quod ad hoc adjectum est. et Motum. Quod hanc tatem pertinet. Nec enim Satis est, ut convincat intellectum cum populo qui sentire atq; agnoscere peccatum esse detestabile, bonum esse carnem, macerare &c. Tamen eadem nolle facere re ipsa. Hinc ut finem suum assequatur Orator cuius est persuadere dictione, duplicis generis Argumenta ad Convincendum Amo quæ valent ad Convincendum, et persuadendum intellectum, quæ serviant ad pervincendum aut inclinandam voluntatem, quæ in finem acribiter amplificatio, in qua affectibus oratio intumescit, ad excitandum moriam voluntatis in auditore. Sumuntur utraq; Argumenta ex locis Rhetoricis hinc de locum sic in Topicis Argumentis Sedem appellat. Et quoniam Argumenta duplicia sunt: Intrinseca questionis et Extrinseca, etiam genus Duplex est. Intrinsecus et Extrinsecus. Intrinsecus est qui in rei Substantia est positus. Extrinsecus qui extra causam est atq; extrinsece assumptus. De Intrinsecis imprimis agendum.

DE LOCIS SEU FONTIBVS Intrinsicis
Loci seu Fontes Intrinsici sunt 16. Definitio, Notatio, Conjugata, Genus, Species, Similitudo, Dissimilitudo, Partium enumeratio, Contraria, Repugnantia, Comparatio, Causa, Effectus, Antecedentia, Consequentia, Adiuncta. De Singulis in particulari dicemus.

Definitio.

Est oratio explicans naturam et proprietatem rei alicujus, dividitur in essentialem seu quidditativam, et descriptivam, seu accidentalem. Definitio essentialis est oratio explicans naturam rei per Genus et differentiam necessariam, seu essentialem. vg homo est animal rationale, ubi animal est Genus

est genus respectu hominis et Brutorum rationale est differentia essentialis, per quam homo alijs differt, Oratores variane utuntur talibus definitione, quia parvam porrigit Cop. Definitio descriptiva quæ alio nomine accidentalis vocatur, est oratio explicans naturam rei per accidentia communia. vg Homo est animal risibile, admirativum flebile. &c.

Modi Definitionis Varij.

1us modus est per Notationem sive Ethymologiam vg qui venit ex humo, cur in superbit. Scholasticus est qui Scholas frequentat, Conse qui consulit Patriæ.

2us Modus per equivocationem vg Indignum Phrono regnatore cap. in quo nihil describit Sapiencia.

3ius Modus per Species sub eodem genere positas vg Adamas est Gemmarum Soci, Corporum miraculum, pretiosus Saxonum, Socius Carburculorum, consanguineus Iaspidium, gloria &c.

4tus modus per Similitudinem sed omnis particulis Similitudinis Metaphoricas nimirum Subjecto et predicato propositionis datur denominaciones. Sic fingunt Pœtæ convocatas olim ex præscripto Minerva Scientias, et iusas hominem defini sic cepisse. Dialectica: homo est breve Enthymema, pro antecedente habet Ortum pro consequente Interitum.

5us modus sic: homo est Luna mutabilis, crescens et decrescens. Phisica sic: homo est animal rationale mortale. Mathematica sic: homo est Figura Sphærica, ab eodem puncto incipit et in idem terminatur.

6us modus sic: homo est oratio cuius Exordium est nasci, narratio dolere, Epilogus mori. Orationis hujus Figura sunt gemitus et fletus et gaudium fletu deterius.

7us modus per dissimilitudinem vg Si Brutum illud animal est quod pronum in terram nascitur, ergo homo est qui in Cælum erecto Corpore ad Sydera vultus tollit.

8us modus

Quis modus per Comparisonem vq homo est animal præ:
stantius Leone, Sublimius Aquila, &c. Item per Antonomasiam Sic Avianus
de Ottono II. Scitit. tentia Caesar Maiestate Augustus, affeate
Situs, pietate Flavius, Religione Numa, felicitate Pompeius, prudentia Julii.

Unus modus per contraria. Talis est illa Definitio an. vis apud Per
marcham: Amor est gratum vulnus, iucundum venenum, suavis amaritu
do, letu Martyrium, blanda mors. Et illa cuiusdam. Quid Princeps
absentia? Oculus Regni sed sine pupilla; Cor sed vita destitutum,
anima sed non rationalis; Sol sed absque Gemma sine pratio et litore.

Quis modus. per causas vq hominem definire per res per causam
efficientem. Sic: homo est dextera Omnipotentis facinus, manus
plasmatio, opus Supremi brachij. Per materialem Sic: homo est in osum
fictile, animato humus, est Divina Icon, exemplar Numinis, facies Trini
tatis. Per Finalem Sic: tali natus Hæres, ad beatitudinem destinatus,
nunciceps, indigena eternitatis.

Unus modus. per effecta quæ ex quatuor causis prosunt. Talis
est illa Definitio peccati, in Palatio eloquentia: Quid est peccatum aut
quæ tandem illius causa? naturam non habet. Quæ ratio? caret omni
ratione. Quæ Substantia? ne quidem in rerum natura esse potest. Nihil
igitur est peccatum, quam præclare dicis, etiam cum nihil dicis; Nihil ne
igitur de peccato dici debet? Omnino: peccatum nihil dici debet. Et
peccatum cum nihil sit, de eo tamen quam multa dici possum: Peccatum
pestis est animi, conscientia labes, vitæ pernicies, honoris macula, rui
na Virtutum; peccatum morborum parens, dolorum artifex, fabri
cator Suppliciorum, fax æterni ignis, peccatum Dei est odium, terræ
clades, naturæ dedecus, totius Orbis incendium, vis quæ dixi verbo
colligam universa? peccatum quid est morum sed mirum nihil, cuius
natura pugnare contra naturam, ratio rationem evertere, Substantia tota
est non esse.

Unus modus

Unus modus per adjectiva & proprietates. Sic Salomon a
vernulo definitur: Manum illud Sapientis humana miraculum et
Oraculum Salomon. Quidam etiam ab adjectivis quoniam Poloni &
Sic Definitur clarum Regnum Polonorum est solum, nobiliorum Paradisus
Judæo. in, purgatorium plebeiorum, infernus rusticorum, aurifodina
advenarum, causa luxus faminarum &c.

Unus modus. est partium enumerationum ex quibus res ipsa constat
vq homo est constans ex corpore et anima rationali.

FIGURÆ.

Variandis & exponendis Definitionibus apte

1a Incrementum vq illud A Sylvii: litera in vilibus oriente
in nobili aurum in Principe Gemma pretiosa.

2da Synonymia vq illud Causini: Quid est aliud lilium quam terra
ornamentum, plantarum gloria, oculus florum, Pratorum gemma,
agrorum Sidus, quod sic terram exornat, ut solum Stella, ita in
bus addit lumen ut Jaspis auro, sic oculos exhilarat, ut sol in versu.

3ta Annominatio. vq Quid sunt oculi nisi integratis scopuli
quid pulchrae facies nisi gravi Cupidinis incendiarie faces quid
formosus vultus nisi vultus. &c.

4ta Dissunctio. vq amor in solio Rex, in acie Imperator, in
Corrubio Custos, in curia Consul, in Tribunali Iudex, in Templo Sacer
dos, Sceptro clementer, gladio fortior, flammis Vigilanter, Oraculis
graviter, Decretis juste, corde Sancte Patriæ imperat, hostibus instat
fidei invigilat, quibus consulit, causis prohibet, Deo Sacrificat.

5ta Subjectio cuius usus Varius est. Arno quado post Definitiones
aliquid inferitur vq Ebrietas Charybdis est ergo ratio fortuna prudenti
indiet. Naucleus, ne hac deflectens Corbeatur, pestis est? ergo Saniora
iudicia, ne hac insinuantur sua illam fugiant, Sepulchrum est? ergo
illud declinet, quid quis celo vivere desiderat. 2do quando sepius inter
rogamur, quid sit res et Variæ illius Subiciuntur Definitiones vq quid
aliud

aliud Sapiencia est? quam lumen Sepulchri dispungens tenebras; Phœ-
nia e generibus, immortali reā miratus gloria. quid libro. in folia?
fructus libertatis; videtis licca? bellatorum sanctæ Senato. ^hmina;
quid studia? Sa. utis arthæ immortalitatis obsides etc. 3^{io} quando de-
finitiones Definitionibus conglobatis Subiunguntur. vg Si Polonia est Re-
gnum oculus? Oculi huius pupilla libertas erit, Regionis Tern-
p. ni? Templi huius ara libertas; Si Polonia est cor Europæ? Cordis
huius ei vita libertas; Si Dominorum anima? anima huius ratio libertas.

1^a Substantio cuius etiam est. Varius. 1^{mo} cum in re definien-
da proceditur per negationem et affirmationem. quando scilicet prius
ostenditur quid res non sit. Deinde dicitur quid sit. Valter Bauhusius
definit amicum: Non nuda vox amicus est, non capsa nux, non inabilis
risus, non blandi nictus, non ocelli cadij &c. Termitur amicus, a mo-
re, more, ore, et re, 2^{do} quando secundum quorundam opinionem
definitur prius Ironice. Deinde remoto joco gra. ter ex propriamēte
explicatur vg ergo ad focos Patrios, Succensus. Baccho Marstius me-
tetig. t? non aliter quam Super mensas debellaturus Alexander to-
nabis? ille scilicet ille miles egregius est, cuius parietes scintillant e
accincti ferro solus disolutus; ille est qui perit quam plurimos exsuxit
humores in nubem. percillia contrahit, et fulmina hostem, miles est
Oscrinis innatans plumis, Achille magis cataphractus, miles est plu-
meo non plumbeo in vallo excubitor non ille, non; Sed qui domesti-
co exosus laros Castrenses generose perfert injurias, barbaræ mucione,
haurit, pro Patriæ salute latus, pro Aris excubitor, pro legibus Metellus
Scavola aut Cocles pro libertate.

Regulæ sive Axiomata Definitionis

1^{um} quod convenit Definitioni convenit et Definito, ut: ars bene-
dicendi est utilis, ergo et Rhetorica.

2^{um} quod non convenit definitioni, neq; definito convenit. ut: sa-
cultas benedicendi non est Sapiencia ergo nec Rhetorica.

3^{ium} cui tribuitur Definitio, tribuitur etiam Definitum. ut: Rhetorica
est huius efficiendi certa cum ratione. ergo et Ars.

4^{um} quod removetur Definitio, removetur Definitum ut: Rhetorica
non est 1^{um} Divinarum et humanarum cognitio n. igitur e Sapiencia.
Animus 1^{um} 1^{um} valent ad affirmationem, 2^{du} et 3^u ad negationem.
Illa ad Consummandum, hæc ad refellendum adhiberi Solent.

NOTATIO NOMINIS.

Locus hic apud Græcos Enthymologia vocatur, et definitur Sic: 1^o
explicans originem et significationem Vocis. ut Ovidius agit: a Senio nomen
grande Senatus habet. Sic Plinius probat mundum esse rotundum. idco
quod Urbis appellatur et perfecte elegantem quod latine MUNDUS Græce
Cosmos appellatur.

Notatio fit modis 3^q

1^{us} 1^{us} 1^{us} per Interpretationem; hæc autem fit Tripliciter 1^o
quando ponitur vera et tuctio nominis, ab aliquo origine, et certa intentio-
ne denominandi, ut Jupiter Feretrius a ferendo, quod a Romulo ipse ferre
bantur in Capitolium Spolia de hostibus, vel a ferendo opem, 2^o in ille fer-
re censebatur bellantibus Romanis. Item Jupiter Stator, quod ipse fugi-
entem Romanorum exercitum a Sabinis ingruentibus in loco stare fecerit
et prælium resumere. Ita Polonorum Nomina Stanislaw, Vladislaw, Basleslaw,
Szentoslaw, Bogumili, Boguslaw, etc. quod laudem ex illis sibi ordina-
rentur parentis, et defacto a laude Ethymologiam derivarunt. 2^{do} q^{do}
invenitur explicatio arbitraria ex solo ingenio et conceptu formata ut Cerevisia
cerebrum visens, Polanus Poli onus, salvinus calens vino, Sic Sic: Verrem
ideo sic dictum affirmat, quod Sicularum bona et pecunias sciverit everre-
re 3^{io} quando invenitur interpretatio nominis ex alia lingua. Talia sunt
passim nomina Hebraica; ut Danziel ex Hebreo significat 1^o desideriorum,
Zacharias memoria Dei, Joannes gratia v. gratiosus, Joseph Incrementum
Item Græca nomina sic Chrysothomus significat 1^o ds aureum Basilius Rex
Theodorus donum Dei, Nicolaus terror populi, Hieronimus Sacrum nomen, Gregorius
vigilans

Nota cum Vocum triumphare in genere demonstratio maxime in Panegyricis Sequi

CONIUGATA

Locus iste magnam habet affinitatem cum Notatione Nominis, & definitur sic: Coniugata sunt ea quae ex Verbo eiusdem Verbi generis derivantur hoc est: sunt plura Verba, quae ab uno orta varie in casibus, & id Verbo. & primitiva cum suis Derivativis, v.g. Iustitia justus iuste. Ab hoc loco tractamus: Iustitia est Virtus, ergo Iustus est Virtuosus. pius est pius, ergo et pius.

Ex hoc Fonte multum accedit Venustus orationi si dextra ponatur, v.g. ferrum Principi ut throno tractandum est, languor non languida, deatus non reos tollat.

Ex hoc etiam Fonte Plin. laudat Trajanum: Ita vixisti tibi ut vitam salutis impenderes Patriae. ita laborasti privatis communi, ut labore tuo publica respirarent solatio. totus Republica totus omnia fuisti ipse tibi deesse videbaris, cum tuus non es sed Noster. Et sic Suprema est Regni gloria benemeritis in Patriam gloriari, hac unius felicitas felices reddere populo facit.

Differentia inter Coniugata & Notationem.

Notatio sive Etimologia differt a Coniugatis, quia Etimologia Verba sepe semper habent aliam significationem, v.g. Senatus aliud significat quam Senem. Coniugata autem eandem servant significationem, et tantum mutant terminationem, v.g. Sapiens Sapia Sapiens. Item quia in notatione explicatio Verbi fit, in Coniugatis tantum in flexis. Derivatio et Venatio, casuum spectatur. Hinc Coniugata graece dicuntur Συγγα id est eodem iugo nexa. apud Philosophos vocantur denominativa a primis Grammaticis primitiva et Derivativa. Unde ad Coniugata tria requiruntur: Amo Derivatio a Amo Significato ut: prudens a prudentia. 2do ut sint diversarum partium orationis & diversorum saltem casuum. Ita ut conveniant secum in significatione; Hinc bello et bellare non sunt proprie Coniugata.

nam sunt dicitur

non sunt proprie conjugata nam sunt diversa significationis, et potius talia debent referri ad Fontem Notationis.

Modi Tractandorum Coniugatorum

1us modus est per Hyperbolem, v.g. quid hunc formosum dico, qui ipsa est forma, et sic in Verrem: ut mihi non unus homo improbus opprimendus sit, sed petiverunt, sed omnino omnis improbitas, id quod populus Romanus iam diu flagitat extinguenda atque delenda sit.

2us modus est per traductionem, v.g. Ego homo orno et ab ipso ornare cupio qui Patria sunt Ornamenta. Et sic pro lege Manilia ferre sic fieri solere accipimus, ut regum afflictis fortunae, facile multorum opes alliciant ad misericordiam maxime eorum, qui aut Reges sunt aut vivunt in Regno, et Regale ipsi nomen magnum et sanctum esse videatur.

3us modus est per Paronomasiam, v.g. illud siceronius in Verrem 2da oratione: quia se cognovisset deus Astrologus qui non tam rationem Caeli quam Calamitati contingenti duceret.

4us modus per Congeriem Nominum Synonimorum ad unam materiam Spectantium, v.g. qualis mihi est iste Dominus qui sibi nescit dominari qualis Rex qui dum Regum in vastas amplificat plagas, regere proprias ignorat passiones, qualis Imperator, qui dum imperat Civili Servit Capiti.

Regulae sive Axiomata huius loci

1um quod uni convenit Coniugatorum ceteris quoque convenit ut sit probares velis Societatem malorum esse fugiendam ita scelerare potes: Scelerata omnia sunt fugienda, ergo Sceleratorum quoque Societas fugienda est.

2um quod convenit uni Coniugatorum, neque alijs convenit ut: Rhetorica a Republica non est excludenda, igitur neque Rhetores excludi debent.

3um cui convenit unum Coniugatorum cetera quoque conveniunt ut: iuste semper egit Aristides, ergo iustus fuit.

4um a quo removetur unum Coniugatorum, ab eodem, cetera quoque remonentur ut: non egit iniuste Aristides, Injustus igitur non fuit.

Cautiones circa usum Coniugatorum

1mo Videndum est an id quod dicitur de uno Coniugato, illud habeat quia tale Coniugatum est: hinc male sequitur: Quere sunt paria digni.

ergo etiam

ergo etiam Rhetorica: Non enim Rhetores Sunt pena digni quia Rhetores
Sunt, seu propter Studium Rhetoricum, sed quia aliquid Sceleris perpetrarunt.

2do Videri ut conjugata non sola voce, sed etiam Significatione con-
veniat, quod fit si eandem Significationem retineant, hic magis inferitur
tu es homo, ergo huma Spectare debes; homo enim et humana in Signi-
ficationem eandem non habent, nam humana ipsi hic pro eo
quod spectat ad hominem sed pro rebus perennis et caducis. Bene autem
equi r homo Sum igitur nihil humani a me alienum puto. Similiter ma-
fertur officium suum praestat iatur officiosus est; est enim ambiguitas
in hac voce. officiosus.

3tio Videndum ut ea quae soli voci conveniunt, non affirmantur vel
negentur de re significata per alterum conjugatum et Rhetoricus et ge-
neris femini ergo et Rhetor est generis femini.

4to Videndum ut attributa conjugatorum recte assignentur, nec erri-
valet: album est dulce, igitur albedo est dulcedo, mirum aliud est
Sensus in antecedente aliud in consequente, sed: igitur est in eadem re al-
bedo et dulcedo.

GENVS

Genus est quod habet partes communiore sui Similes, Species autem diffe-
rentes. Vel a. Genus est nomen aliquod commune, quod sub se pluribus Spe-
cie sui naturae distincta continet ut Vox haec. Virtus continet sub se p. u-
dentiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem.

Unde ad Genus tria requiruntur. 1mo debet habere 2das ad minimam
partes ut animal habet hominem et Brutum. 2do partes debent in ali-
qua ratione communi per nomen significata convenire. 3tio licet partes
in ratione per nomen significata conveniant et sibi in vicem communi-
debent tamen ab ea re, seu ratione quae nomen non exprimit rursus
disconvenire et differere non tantum in accidentibus sed etiam in ipsa na-
tura. ut homo convenit cum brutis in ratione generica animalitatis et
iterum disconvenit seu differt ab illis per rationalitatem.

Nota 1mo Genus aliud esse summum, aliud subalternum. Summum
est quod supra se nullum habet. Subalternum est quod est sub altero.

seu quod aliud

seu quod aliud supra se habet ut avis supra se habet animal, animal
supra se habet vivens.

Nota 2do locum hunc a genere copiam magnam dare oratori, nam hic pro-
positio fit. Alias Hypothesis hoc est circumstantiis personae loci temporis
inclusa ad locum questionis infinitae reducitur. Ita Cicero laudaturus
Archiam Poetam amplissime laudat studia humanitatis artesque liberales.

Nota 3tio hanc reductionem questionis finitae ad infinitam maximam
communiter servare in Exordiis faciendis: priusquam enim de nostris in
particulari dicere aggredimur, in genere aliquo premitimus ut In omni qui-
dem vita statu necessaria est modestia in juventute tamen et maxime nam:
etc. Item cum in rebus omnibus plurimum momenti habeat prudentiam
precipue in bello et enim etc.

Hoc enim modo habetur exordium ex visceribus causa et inadvertenter
sine violentia descenditur ad statum questionis.

Nota 4to non est quae questionem finitam reduci posse ad infinitam cum
vero ambigitur, tamen quando est dubium de veritate questionis infinitae
tunc res per conjuncta iam questionem finitam discutere debet sic Cicero.
pro milone. non potuit ad finitam reducere hanc finitam ut an Caelius
sit Insidiator? debuit cum quaerere an omnes homines vel omnes
sint Insidiatores quod universaliter verum non est. Sic etiam probem
Primum Rhetorem esse malum, non possum reducere ad hanc infinitam, an
omnes Rhetores sint mali. contingit autem hoc toties, quoties predicatum
non convenit omnibus necessarie, sed contingenter seu accidentaliter
ut Petrus currit, cadit, studet, scribit. &c. (aliud est si dicam: Petrus
habet corpus et animam, hoc enim omni necessario convenit) unde tali
casu questionem particularem per genericam et universalem probare non
possum. Ceterum si predicatum sit contingens et accidentale, seu non com-
mune omnibus tunc subsistere debet in statu conjecturae.

Regulae sive Axiomata Argumentandi a genere.

1um Genere sublato tollitur Species, sive: si non sit genus non erit Spe-
cies ut non est animal ergo nec homo est.

2dum Posito genere indefinito ponitur aliqua Species non omnis ut est
animad.

Animal ergo est bestia aut homo.

Primum Quod dicitur de genere in sensu reali et Phisico quod quidem enim in sensu legito dicitur non bene semper refertur. Vg non possum negare Virtus est genus ergo etiam fortitudo est genus. Dicit etiam potest de subillo genere contenta Vg contravicia est decertandum et contra in temperantiam, iracundiam &c. Omnes Scientia sunt laude dignae ergo et Rhetorica.

Primum de quo negatur genus de eodem negatur et Species Vg haec res non est avis ergo neq. Vespertilio. Nulla ars liberalis militi est necessaria ergo neq. Dialectica necessaria erit.

Notat autem Quintilianus genus ad probandam speciem non valere, ut: animal est quadrupes ergo etiam homo est quadrupes non recte concludit quia ex meritis particularibus nihil sequitur. Valet autem ad probandam speciem Vg in horto est arbor ergo neq. laurus erit. Valet tamen argumentum a genere ad speciem, si prefigatur Specie universale, Omne, quodlibet, quodcumq. etc. nullus etc. Omne animal vivit ergo homo. nullus piscis respirat ergo nec Delfinus.

SPECIES

Species quae sub se conspiciunt plura similia sibi, solo numero distincta vel alter: Species est una res ex illis quae sub genere continentur Vg Rhetorica continetur sub arte. Hic locus dat magnam Oratoribus copiam discurrendi.

Modi tractandi huius loci.

Primum per affirmationem ut Sceleratus est homicida. Tunc autem valiora sunt argumenta admonendos animos, quando multae simul Species congeruntur: ut Sceleratus est quia furto et ebrietate quia rapinis et incendijs, quia mendacijs et Sacrilegijs alijsq. Vitijs est obnoxius. Non tamen haec argumenta unde tractanda sunt sed figurate, et magno cum verborum ambitu; ut: Erit ille immunis a scelere quam ebrietatis fadissima labe ab hominum consuetudine sepevit? erit innocens, quem occulta non modo furte, sed etiam publica rapina, saepe Iudicium potestati radicitus, nefarium illum dicetis hominem quoniam neq. lo-

chita

chitas templorum a Sacrilegijs revocavit, neq. Sempiternae mortis certa Supplicia ab illa visio teterere potuerunt.

Primum negationem ut: hic homo est praesans inanis nam non deest illi temperantia. Nullum Vitium mentem illius sedavit, quia non avaritia non est.

Primum per inductionem ex multis Singularibus aliquid universale concluditur ut: morti sunt omnia Subjecta, quia et homines et Leones Elephantes etc. Item: Nullus a quo animo fert consortem Imperij, quia et Romulus fratrem suam regnantem ferre non sustulit, et Caesar Pompeium et Augustus Antonium.

AXIOMATA SIVE REGULA ARGUMENTORUM A SPECIE AD GENUS

Primum de quo dicitur aliqua Species dicitur et Genus, ut: in subeundo Martyrio summum est fortitudo, ergo etiam est Virtus, in Singulari certamine obeundo nulla est prudentia, nec fortitudo, nec temperantia, nec iustitia, ergo nulla Virtus.

Primum quod dicitur aut negatur de omni Specie, dicitur etiam aut negatur de genere: ut: nec primum, nec temperantia, nec fortitudo, neq. iustitia ducunt ad malum, igitur nulla Virtus ducit ad malum.

Primum quod dicitur de aliqua tantum Specie, dicitur etiam ex genere, ut: si convenit iustitiae laudari, laudabilis est aliqua Virtus. Non tamen inverse concluditur non enim vere dicerem: Judas est Proditor ergo omnes Apostoli sunt proditores.

Nota Argumentum a Specie valere ad probandum genus, ut: in horto nostro est laurus ergo est arbor. Licet enim de aliquo negem determinatam Speciem, non tamen statim etiam genus negare possum. Sic vitiosa erit haec Argumentatio: Leo non est equus ergo non est animal. aliud est si fiat processus a negatione omnium Specierum ad negationem generis, tunc enim potest negare genus; ut: Stella non est bestia neq. homo ergo non est animal.

PARTIVM ENUMERATIO

Partium Enumerationes, quae rem aliquam in partes suas dividit et explicat

ita ut:

ita ut, Sicut Descriptio rei naturam et essentiam prout in se est exponit, seu dicit quid sit; ita partium enumeratio manifestat quas partes in se habeat. In terra dividitur in Africam, Asiam, Europam, Americam. Tons hic inter ceteros plurimum spectat splendoris, et maxime usitatus est in reatoribus, ut qui non modo ad rem dignoscendam, sed etiam uberiori stylo extendenda non mediocriter confert adjuvamentum.

Nota 1^o etiam genus revocari ad partium enumerationem ratione quia genus est totum, totum enim dicitur, quod habet suas partes. genus habet suas partes scilicet species.

Nota 2^o licet omne genus sit totum non tamen omne totum est genus quia ad genus, in quantum est genus, non est satis, quod habeat partes; sed illa partes debent esse communiione sibi similes, id est, in ratione sua significatione generis convenientes, ita ut alteri etiam in se communiione sui similes, nam fundamenta non sunt domus, nec tectum est domus; nec caput est corpus, nec brachium est corpus, nec pes est corpus, nec pars corporis. Hinc **Virtus** in quantum est **Totum** revocatur ad partium enumerationem in quantum est **Genus** ad locum generis seu clarius: in quantum habet partes non quomodocumque, sed communiione sui similes revocatur ad locum generis.

Nota 3^o ut scias quando nam genus spectet ad partium enumerationem distributionem, attende an omnes partes generi subiectae enumerentur si enim una, tantum proponatur, et inde procedatur ad genus, tunc non est partium distributio nam enim genus in suas partes, sed in unam tantum partem distribuitur, quo casu est solum argumentum a specie, ad genus. Licet autem partes generis sapientius ornatus aut amplificationis gratia enumerentur ut si prope virtutum esse amore dignam quia temperantia, iustitia, fortitudo, et prudentia est amore digna) tunc tamen debent omnes partes generis enumerari quando genus in ratione totius accipitur seu universaliter quomodo

se ad omnia extendit. Hoc colligi potest ex eo si particula collectivae omnis vel plures, apte addantur ut Omnis virtus est bona. Si, tunc enim debent omnes partes enumerari. Sicut si probentur omne metallum esse rarum, scilicet ut omnes metalli partes enumerari, non solum aurum vel argentum, sed etiam ferrum. Aurum est rarum ergo metallum (loquendo de omni) est rarum, aliud est si metallum non sumant in ratione totius, seu secundum totalitatem, et latitudinem, et significationem tunc enim bene infero: Aurum est rarum ergo metallum (intelligendo aliquod) est rarum, tunc enim in particuli et partialis significatione accipio metallum non in totali et hoc casu est argumentum a specie ad genus. Neque vero a sensu illud totum quod non est simul genus vocari Totum Motus ut dicitur a toto generis, Distributio vero primi totius vocatur a doctoris patricio; posterioris autem distributio dicitur divisio potest autem eandem res referri ad unum. Totum diverso reversu, ut arbor in quantum habet radicem, truncum, ramos, verticem, &c. est totum molis et haec distributio dicitur particula, in quantum a re habet sub se quercum, pinum, hlanum erit Totum generis et haec distributio erit divisio.

Nota 4^o Sic partes alias esse essentielles alias integrales. Essentiales sunt ex quibus aliqua res, Philosophi essentiam vocant, componitur, et constituitur; ut anima et corpus ex quibus est homo. Integrales sunt quae faciunt ut res sit integra ut manus, pes, etc. parum aliqua sunt necessariae ut caput, Cor, pectus, Venter, quia sine illis homo non potest esse, aliae accidentales quae abesse possunt a re quin pereat, ut: digitus, manus, etc. Iterum a Philosopho partes dividuntur in Physicas seu naturales, et Metaphysicas, Physicae sunt quae re ipsa sunt, et in quas res naturaliter dividi potest, ut: fundamenta, parietes, tectum. Metaphysicae sunt, quando in ipsa re non sunt nec possunt esse, sed rationem et intellectum nostrum fiunt; ut dum intellectus rem aliquam incipit. Ac si partes haberet ut dum in homine concepit animal et rationale,

Terra quam terimus, non Aqua qua navigamus, non Cuius qui ha-
rimus, non ⁱⁿ viciniora corpora consumit, ergo expressio rerum
initij calum nullus est.

Nota posse etiam formari Argumentum ab una parte ad alteram. ^{eg.}
non est tectum ergo non est Domus, tectum non est bonum ergo Domus
non est bona. Sed requiritur Amo ut procedatur negative male
infero: affirmative: tectum est novum ergo Domus est Nova.

2do ut illud Totum intelligatur, nam a Toto generis male infero
Caprum non est rarum ergo metallum non est rarum, accipiendo
metallum universaliter, seu in ratione Totum, id est intelligendo de
omni metallo. Si enim de aliquo tantum intelligam non est Argumentum
a parte ad Totum, cum metallum in Totali Significatione non acci-
piatur, sed a specie ad Genus ut dictum supra.

SIMILITUDO

Similitudo est quae traducit ad rem quampiam aliquid ex re dispari Simi-
1. vel: Similitudo est duorum vel plurium, longè diversorum in aliquo a re

Unde Similia sunt quae non sunt quidem idem secundum ha-
beat eam aliquid in quo conveniat. Sic ut Umbra corpus gloria
Virtutem comparatur unde dictum a sic: gloria Virtutis umbra est.

Valet hic locus maxime ad declarandam argumentorum obscuritatem
vel subtilitatem, et in tantum probat aliquid, in quantum illustrat et
declarat rem, ideoque est probabile inventum ad faciendam fidem
Seu valet ad persuadendum, unde bene inter locos Rhetoricos nu-
meratur, quia dum rem clarius cognoscimus, facilius inducimur ad
assensum. Est autem locus Intrinsicus et Extrinsicus, ut classenig
et aliqui contendunt, quia convenientia, propter quam duae res in
conferantur, est in re, de qua est quaestio est enim in predicato vel
subjecto quaestio illa pars Similitudinis, quae per se et ex natura
sua est connexa cum altera re, a qua Similitudo ducitur: Unum

enim

enim. Simile essentialiter et per se respicit alterum, et per se non
aliunde. Simile alteri.

Modus Inveniendae Similitudinis.

Amo plura quae juvabit ad investiganda Similia, Metaphoricas nosse
occlusionis, et maxime Similitudinem spiam suppetitabunt, nam ex eo
quod ardere amorem dicimus hunc igni Similem invenimus. Si-
militudine igitur ignis utimur ad eam laudandum quod ignis
ad vituperandum quod inflammet. Item quia vinculum amoris
mus per Similitudinem Servitutum amoris vituperamus

2do bene penetrato sensu cui firmando sive illustrando Similitudinem quae
ris in mente in res quae sunt possunt esse Similes, vel habere quan-
dam proportionem, actionis Similis da pro ratione tua propositionis:

quae per se firmanda est per Similitudinem magis asun-
git magis. Omni statim mentem an non si aliquid sic in natura:

plaudarum, amicum. Instrumentorum, etc. quod presum crescat,
etiam asurgat ad eam, aetatem, splendorem, potentiam etc. Et

o quae mihi occurrat Similia! Ita palma subpendere crescit, pre-
osus focus quo pedibus conculcatur frequentius, nascitur a magis

Rosa inter lepas et allia floret, et fragrat amoenius; en Similia ex Na-
tura barbarum. Ex Consideratione artificialium, Instrumentorum, que

non etiam occurrunt? Sic ferrum rude et impositum per frequentem li-
mam polituraeque ut sic dicam apprehensionem prodit splendidus; ipsum au-
rum ignibus, malleis etc. ad pretium asurgit. Tormenta bellia quo ma-
gis incusso violenter pulvere, et globo operantur, eo felicius et fortius.

Et his omnibus et his Similibus quis non videat, quam sit amplius Simi-
litudinum campus, fere in quacumque materia.

Nota Similitudines desumi posse, ex factis, dictis, fabulis eveni-
tus etc. imo nulla fere res est ex qua duci non possit Similitudo.

Et dictis: quemadmodum Caesar dicebat, Domum Caesaris, non modo tri-
mine verum criminis Suspensione carere oportere, ita nobis curandum est

15

ut vitam tra-

ut vitam nostram ab omni culpa culpaq; Suspensione habere reme im
possim.

Ex Tabuli Sicut Vallus de Mesopieus repertum infimet Nobilem U-
nionem quod in vitam non mollesceret contemptum in sonis reiecit
ita mundani homines Virtutem quod aspera esse videat e primis
intuitu praestantiam eius, non agnoscant tandem vilem sciunt e
contemnunt.

1o Sicut campana deliciae, Annibalis exercitum effeminarunt
mollis haec vita nostra, vires animi corporisq; debilitat ac frangit.

2o Sicut ut Annibalem iuvenire exultantem Fabius Maximus sua
potentia mollebat ita nos puerilem impudentiam nostram tolerantia re-
primere debemus.

Modi tractandae Similitudinis

1mo per Prothasim et Apodosim adhibitis partia
cut ita etc: vq; Sicut in vili conca pretiosus latet un ita subdeformi vultu
venusta animi celantur dotes.

2do per Anieriem Collationem cum unus alteri in pluribus corren-
per hunc modum Liberalitas alicuius potest laudari ducta sole si-
mi. ai. Sic: nescit Sol latibulum, nec tua liberalitas defectum, ille
per unioem in orbem splendore suo diffunditur, Tu liberalitatis fulgore ne-
minem non miserum, irradiat ille tam Regum Palatia, quam verni
mapalia, nectur conferendis beneficijs facis discrimen, Sufficiens benefaci-
endis causa est miseria proxima, Non cunctatur Sol, sed etiam nor-
natus exoritur, nec tu differa, imo vota praevenire Soles egentium, Sicut enim
ingratum esse beneficium, quandiu haeret inter manus conferentis.

3to Prothasis et Apodosi in verso modo ponuntur, nimirum prius Apo-
dosi, postea Similitudo subjungitur. ut illud Sarcivij: Virtutem pugnant
non numero Viri et una Sylvam Sapius eruit. bipennis.

4to Ipsa quoq; Similitudinis particula venustant quando per Multiplica-
aut (Si maius) Repetitionem plura inducuntur Similia vq; Sicut Lethaliter
Saves Syrenum cantus condunt fatorum amaritudinem Sicut Phoenicem
malum

malum per nas in exterminium vita occultat Sagittas Sicut odorata
ta Viru... latet anguis in herba, ita n. sola... sanitate quae-
dam amantia, in voluptate, Virus occultatur animi. Sic si prae-
o e on... tur particula vq; diem occasus Virtutem censura praemit. Sic
per negationem. Sic... do Similia nectuntur negationibus vq; nec
nec piscem sine Spinis, nec hominem sine miserijs invenire est. Et Poeta

Nec lachrymis crudelis amor nec gramina rivis

Nec Syris saturantur apes nec fronde capella.

1mo Simile nostrae miscetur materia ut sic illud tantum in-
nuere videamur per allegoriam compositam vq; quasi excussum dex-
tera Iovis tonitru per truentas hostium caedes flammis visisti Domitor.
2o per Definitivum vq; Fortuna mare est, modo crispatur in tem-
perie... muluatur in procellam. Item Amicus aurum est, ex
incendio cognoscitur, si palam non habeam.

3o per Allegoriam Sic apud Curtium, Legatus Thracicus ad Alexan-
dram ellagnum de... illud ab invasione sua Terna inquit: qd
tu ignoras arbores magnas diu crescent, una hora extirpari, Stul-
tus est vir fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide n-
cum ad cacumen ascenderit, cum ipsis ramis, quos compreh-
cider. Leo quoq; aliquando minimarum avium pabulum fit et ferum
vq; consumit, nihil tam firmiter est cui periculum parviam ab
invalido. Si Similitudines allegoricae expositae sunt in quibus a Sa-
gaci praesertim ingenio facile Apodosi seu applicatio.

4mo per Prothasim vq; Eurippo parum dixi Oceano Similis for-
tuna temeritas, mollere fluxus, mille demonstrans vicissitudines.

5mo Coniunctione. Et Similia populantur praecipue uno cum
Apodosi terminata verbo vel diverso quidem sed non sine allusione
vq; Sol Spectatorem non habet nisi cum deficit et bonum non videtur,
nisi amicum.

6mo Communi aliquo dicto utriq; convenienti, Prothasis et Apo-
dosi Concluditur vq; quod aurum in montibus, hoc est calamitas in
viri fortis animo, utrumq; asperam habet superficiem sed sub rigida
facie ingens pretium occultat.

Actio per Hypotyposim sive descriptionem v.g. Proponi vobis oculos sui in et nimirum generosioris militem. Videtur inter media pericula discat at intrepidus, ut minantem gladiorum, legere heroproptoris excitetur ardor etc. Sed dum militem inter Bellonei tenentur peptam tam latum conspicitis, cogitate vos animo, viri... bene compositi Simulacrum concepisse. Quid enim est quod hujus constantiam iningere? quod metum incutere? quod animi pacem turbare possit. etc.

4to potest exponi Similitudo sententiöse, scilicet quando ipsam similitudinem conjunges cum... Sententia in una eademq; Periodo seu ipsam Similitudinem inventam effero Sententiöse Periodo. Tales illa Similitudo perq; hunc modum tractata. Jamiani Strada de bello Bellico Decade Ama: Religionem raro Solam mutare vere Civitates, sed quoties mota hæc est Sacra Amphora toties fluctuavit... navis.

Actio absolute, per modum Apologi: Fabula s; narrationis, modo hic talis est. Amo expone quod Similitudine illa... 2do Smetram... itione et sine ulla comparationis particula... ne Similitudinem... historico modo, et specie cujusdam narrationis 3tio Sententiöse Libi... ne quaquidem non applicabis Similitudinem... aperta, sed innue tantum... in Praxi. 4to pone rem cui applicas Similitudinem, sed nec hic expre illi Similitudinem applica sed innue quasi ad aliam partem transitur... sit hæc propositio: Juventus durius excolenda qm sic... no Amo Iniquus, iniquis es juventuti fueris si quam tibi dedit natura polliendam molli et delicata manu neglexeris. 2do vidi ego v. ipsi vulcano invidendum acinacem, via recens furno egressum et ram ad invicem frequentes ad malleos damnatum vide despero toties limamarum affricu corrosu, attritu, inq; tenuis linea diductum angustas, du: muabam nimios et insolentes ictus, sed cum frequentiore splendesceret ab ictu, brevi in eo Crystalli nitorem, Speculiq; splendorem demirabar, quocute ictus Astros inter carbones numerabam. 3tio Polliunt sane dum no atterunt 4to Juventutem etiam mihi credo olim futu eam strenuam, polliant et fortem nisi durius exercueris ad aternam prope rubigine damnasti.

Actio Quando plures Similitudines conelobata pe Inductionem ponunt

v.g. arva n... Sunt contemnenda: ut parva molem subruunt et apia Sy: lo naxat, Sei illis flammam Illij, Surculis de horto parvis immanes fluvij, bris debent ortum.

Axiomata seu Regula

1um: Similium Similis est ratio, ut: Sicut agricola excolit agrum Ita Præceptor An. o. brum.

2dum: Similia non tam probant quam illustant.

Nota pro ratione materia adhibendas esse Similitudines. laudandi aliquid est? Splendidasit Similitudo, vituperandum vili; Extollem? magnifica; Deprimendum? minuta.

Nota 2do quod interdum ipsi nobis Similitudinem fingimus et proponimus. Thibita parti da conditionalis, qua fictam a nobis Similitudinem commorant qua posita presertim in moribus Singularem habet Deluptatem.

DISSIMILITUDO

Dissimilitudo est... plurimum rerum convenientia, inter se aliqua... et disparitate ea, cata et exprepa. Semper enim Dissimilitudo debet in, retare per prius imp, citam Similitudinem, tandem ad finem sei: psam explicat facitq; disconvenire in aliqua affectione v. qualiti re cum Tarquiniorum pulsor, occidit liberos suos proditione nolientes et alius quoq; occidit filium suum contravoluntatem s; in pugnan: te. Vbi vides quod et Brutus et Manlius Proprios suos occiderint in: quo est convenientia et Similitudo exemplorum. Nilominus Brutus occidit filios propter molitionem proditionis, Manlius propter transgressioem sua legis, in quo Secum uterq; disconveniunt.

Huic loco plurimum in est ornamenti et gratia si dextra ponatur v.g. illud necessitate quietis: ipsa tantum modo calorum Matrices Intelli: gentia hoc gaudent privilegio, quod Sæculorum labores nullasolentur re ipsione, hominum alia conditio est. deficiunt si ferrarum requie solli: arudinum fastidia non abstergunt. Item illud Catulli Poetae

Soles occidere et redire possunt.
 Nobis cum Semel occidit Error lux
 Pax est perpetuo una dormiendo.

1^{um} Quod majori negatur, minori tribui non debet. *vg* Hec Summa la-
cet Virtute a minoris similitudine Vir, Trojam a Graecorum armis non
defendit; mollis et cunctatus parvis quomodo crebitur?

2^{um} In comparatione a majori ad minus ratio arguendi non fit
semper est negativa; Eleemosina nomine astraerunt, ut eroga-
bunt aureum. Alioquin si sit affirmativa sequitur falsum *vg* Rhetori fas est
latinae sententiam ergo et Rustico.

Axiomata Comparationis a Minori ad Majus.

1^{um} Quod in minori valet, valet etiam in maiori *vg* Puer potest portare he-
pondus, ergo etiam Vir robustus.

2^{um} Si quod minus videtur verisimile verum est, multo magis quod videtur
